

A MICHAEL Thraulus Leonem Imp. de medio fustulit, cujus beneficio multas dignitates fuerat assecutus.

ALEXIS Imp. interfectus est ab Alexio Murzipho, quem ad summum dignitatis gradum extulerat.

BERENGARIUS & ANICARIUS, Adelberti Eporediæ Marchionis filii: ille Berengarii regis ex filia Gisla nepos, hic ex altera uxore Ermengard damnanus. Horum rex Italiae Hugo potentiam metuens, eximius eos ad se allicere beneficiis studuit. Itaque Berengario Villam Bononis, fratris sui Tusciam Marchionis filium, matrimonio sociavit: Anscarium vero postero anno, Theobaldo Camerum & Spoletanorum Marchione mortuo, ea ditione donavit. At quos sibi beneficiis magis obstrinxerat, eos capiti suo infestiores adeptus est. Anscarium igitur, cum infidias oculis moliri deprehensus esset, per Sarlonem quendam primum Marchia, deinde vita quoque privavit: Sarloni propter operam egregie navatam, Spolet Marchia condonata, Berengario autem eadem furto ipsius capiti machinanti, manus injicere, atque oculos ejicere in animo habuit: sed consilio patefacto, non potuit. Itaque Berengarius periculi vitandi causa, anno 940. ex Italia per montem Jovis fugiens, ad Othonem Magnum regem Germanorum confugit. Sigonius lib. 5. regni Ital.

CAROLUS IX. Galliarum rex occupato regno Neapolitano, quo Aragonis expulerat, in patriam rediturus, cum solito ritu nomen, & regia insignia nondum cepisset, paucos antequam Neapoli proficere daretur, solemiter maximoque apparatu ac celebritate in primario urbis templo, de more superiorum regum, ea cum honoribus & juramento novis regibus præstari solitis accepit. Nominè totius civitatis verba fecit Jo. Jovianus Pontanus, cujus nomini propter excellentem hominis doctrinam, civiles actiones, moreque clarissimo, haud parvam hæc actio notam inussit. Quippe cum Aragonia regum dicitur scriba princeps, atque à secretis fuisset, magnaque apud eodem auctoritatis, & gratiæ, Alfonso etiam in literis præceptor: visus est sive ut munus oratoris explet, sive quò Gallorum gratiam magis sibi conciliaret, se nimium in illorum regum vituperatione dilatare, à quibus tantis fuerat honoribus assecutus. Usque adeo difficile interdum est, eam moderationem, eaque præcepta tenere & conservare, quæ aliis ipse præscripsit: Etenim Pontanus magnitudine ingenii, orationisque facilitate omne doctrinæ genus complexus, scriptis etiam de moribus libris, cunctos mortales erudiverat, atque ad suam admirationem converterat. Guicciardinus lib. 2.

PRO LIBERTATE DATA,

conservata, restituta, ingrati.

ADAD Syria rex, ab Achab Israelis rege bis prælio captus, atque amicè habitus ac liberatus, post initam pacem, cum injuriam loco beneficia accepisset, iterum Judæis bellum intulit: atque ut ostendebat, quam ingrati Achab regis meritorum memoriam servaret, milites suos iussit aliis in prælio quantum possent parere, vimque in unum Achab ad eum perdendum vertere. Fulgosi lib. 5. cap. 3.

Miser Jonathas Machabeus armatus, qui liberaverunt regem Demetrium de manibus Antiochenorum. Demetrius ingratus non retribuit Jonathæ secundum beneficia, sed vexavit eum assidue. 2. Mach. 11.

Athenienses quotquot apud Charoneam capti fuerant, cum gratis à Philippo Macedonum rege dimissi essent, vestes quoque fragulaque perierunt. Que cum pro voto accepissent, Macedones in jus vocarunt: non solum gratias non agentes quòd ipsi & incolumes & gratis essent dimissi, verum etiam benefactores criminantes. Eras. Rot. lib. 4. Apoph.

Uxor Fulvii erga maritum ingrata, qui eam libertate & conjugio dignatus fuerat. Vide Tit. Perfidia uxorum erga maritos.

Romani Brutum & Cassium tyrannicidas inique proscripti. Vide Titulum, Tyrannidem opprimendo fidem erga patriam declarare.

Trax mulier ingrata contra Scythissam, à qua fuerat redempta. Vide Tit. Captivi ex elemosynis redempti.

ISAACIUS ANGELUS Imp. cum fratrem suum Alexium minorem nau (cui adeo ille semper indulserat, ut præter nomen imperii, quod penes se esse voluit, cum eo ex aquo viveret) à Turcis captum maximo are redemisset, dolo ab eo circumventus, & oculis privatus, in carcere tamdiu detentus est, donec filius ejus Alexius, qui tyranni manus vix effugerat, auxilium Francorum atque Venetorum implorans, ac gemebundus petiit, patrem

lacrymis obtinuerit. Sed carcere post longam captivitatem eductus, morbo ex aeris insolentia contracto, non diu supervixit. Cuspianus in Caesaribus.

ROLANDUS, Petri Siciliæ regis frater spurius, devicta classe à Roberto Neapolitano rege, quam Petrus Liparitanis adversus Robertum auxilio miserat, captus fuit, misereque carceris pudore tenebrique maceratus. Ejus misera Comiola nomine Toringa, dives admodum vidua adolescens, secretè misit, qui Rolandi mentem exploraret: Ansi pecunia redemptus foret, eum ducturus esset uxorem? Ille divinitus oblatus beneficiis loco id habiturus, matrimonium per procuratores trè stabilis, & auri duabus unciarum millibus à muliere redimitur. Reversus autem Messanum Rolandus, non modò deponationem abnegavit, sed ne gratias quidem mulieri egit. Comiola ingratorum hominem ad tribunal Ecclesiasticum convicit, ubi exprobrantibus sibi amicus ingrati tudinem, peritialis est, ut eam duceret. At Comiola commemoratis suis in eum meritis, palam dixit: Se peccationi de nuptiis cum eo renunciare, neque ut tam ignavo homini nubere, æquum ducere, sed se Dei servitio dicere. Fulgosi lib. 5. cap. 3.

PRO VOTO AMICO.

CALIGULA omnes, à quibus amabatur, odio habebat. Cum pro ejus valetudine, que in discrimine erat, quidam se depugnaturum vovisset: morbo liberatus, ut votum solveret, exegit: neque abire campo nisi victorem passus est. Alium, qui vitam pro eo voverat, cum intelligeret, ad mortem, solvendi gratia voti, nequaquam properare, vincitum pueris tradidit: qui eum per urbis vicus flagellatum, ab aggerè demum præcipitarunt. Svetonius.

PRO CONDOLENTIA

INGRATI.

Milefii, direpta à Crotoniatis Sybari, in argumentum doloris ob mutuum hospitium capta fide raserunt: Sybaritæ vero contra, Mileto à Perfis capta, in tanto malo nullum triditæ indicium præbuerunt. Sabell. lib. 8. Etn. 3.

Ingrati filii erga Parentes. Vide Tit. Filiorum. Ingrati erga Patriam. Vide Tit. de Patria.

* INGRATORUM POENÆ.

Ob ingrati tudinem punitus est gravissimè primus noster patens Adam, de quo August. 21. de Civit. Dei cap. 12. Quamvis magis homo fruebat Deo, tantò majore impietate dereliquit Deum, & factus est malo dignus æterni, qui hoc in se peremit bonum, quod esse postet æternum. Hinc est univèrsi generis humani mæsa damnata, &c.

Ob ingrati tudinem puniti sunt & rejecti Judæi. De his Chrysof. sic contra Judæos, Gentiles, & Hereticos: Quanta Judæis fecit Deus, & permanserunt semper ingrati &c.

De Ezechia Rege inquit S. Hieron. lib. 11. comment. in Esa. cap. 39. Tradunt Hebræi, idè agroratis Ezechiam, quoniam post inauditam victoriam Judæorum, & Assyrii regis interitum, non cecinit laudes Domino, quas cecinit Moyses Pharaone submerso, & Debora interfecto Syiara, & Anna genitro Samuele, &c.

Judas proditor suspensus crepuit mediis: de quo S. Ambros. lib. 1. de virginib. Convivis amicitia venenum malitiam miscuit, que ait Dominus (Psal. 54. 14.) Tu vero, &c. Et: Illud plus confutit ingrati, quòd eum tradidit, qui cum esset Dei filius, propter nos filius hominis esse voluit. q. d. propter te suscepit ingrati, quòd tradis in hypocritis.

BASTIUS Macedo Imp. cum venarum exisset, in cervum incidit innumtata magnitudine, elata in altum cornu gestantem, quem persequendo assecutus, cum stricto gladio eam percussisset, bellua se defendit, & ramo uno cornuum zone Imperatoris infixit, illum sublimem fert cornibus suspensum. Ac forsitan ita perisisset, nisi à quodam enle dissecata zona fuisset ereptus. Cui mercedem salutis sue præclaram reddidit ille captus truncationem: speciosa causa quæstia, quòd enle contra Imperatorem frinxisset: neque reputavit pro Imperatore potius intrinsece, ac remuneratione magnique præmii esse dignum: is igitur sui Regis Imperatorem studii hunc fructum cepit. Imperator vero cornu percussus, conversusque inestinis, supervixit ille quidem, sed non diu, mortemque obiit. Baron. lib. 10. Annal. an. 869. 88. ex lo. Zonara.

Consulatur Locus de Indis. Item Locus de Pana & Punitione.

* In-

A Inhospitalitas.

INHOSPITALES. DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA

Inhospitalitas vitium oppositum hospitalitati, à Græcis; cujus insimulantur etiam Sodomitæ apud Ezechielem, cap. 16.

Rabbinotum quondam sententia est, teste Lirano in cap. 19. Genesis, etiam uxorem Loth hinc vitio obnoxiam fuisse, & ne quidem salem Angelis à marito receptis apposuisse, & ob id in statum salis obruisse.

Plagarum Egypti eandem causam voluit extitisse: arcebat enim peregrinos, utque mancipia dote tractabant, & odertant eos qui adversus illos benigne se gessissent; imò & hospites immolabant, ut est testis Ovid. lib. 1. Fabul. Hyginus in Fabulis. Strabo lib. 17. Augustin. 18. de Civit. Dei cap. 2.

Egypti inhospitalitatis meminit etiam liber Sapientie cap. 19. Etiam Sinenes antebac fuisse inhospitalis, ut nullum peregrinum admitterent, quin oculis in ipso lumine cruciarent: un-

B de neque commercia exercebant in ipsa Provincia cum exteris: à quibus & mari, & muro altissimo, qui montes intercludit, eosque à Tartaria separaret, arcenturibus annis non ita multis hospitaliores effecti, feritatem illam exure ceperunt.

Inter Gentiles pro iidem habiti, barbari & inhospitalis, ut Britannii ab Horatio, Strabone, Solino: Tauri, ac Pontici, ab Arnobio: quondam in Italia & Sicilia, à Plutarcho: Lacedæmonii ac Thebanii à Dion. Halicarnasso: Apollinantes, ab Eliano, & Strabone: Spartani à Plutarcho: Carthagenienses, à Strabone: Scythæ, ab Ovidio, & Herodoto. Imò commune barbaris dicit Strabo, arcebre hospites à suis finibus. lib. 7.

Videatur Locus de Severitate. Tit. Severitas respectu injurie illate & inhospitalitatis.

POENA.

De Egyptiis & uxore Loth, juxta opinionem Rabbinorum, diximus initio hujus Tituli.

Referunt Alianus & Heracles, ille lib. 4. var. hist. hic in Politicis, apud Lucanos olim accusatum fuisse κακῆς multamque pendere coactum; qui sole occiso, hospites notos ignotolse domo exegisset.

Illustratur præfati Titulus ex Loco de Hospitalitate. Poena inhospitalitatis peritur ex Loco de Pana & Punitione in genere. Tit. Cruelitas erga hospites Pana. Item ex Loco superiore & Impiætas.

Inhumanitas.

quæ & INCIVILITAS, CRUELITAS. MOROSITAS.

* DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Inhumanitas, quæ proprie ἀνθρωπότης, est morositas, inurbanitas quædam, & incivilitas in conversando, & communi vita. Cum enim homo animal sit sociale natura sua, illius societatis coagulans est affabilitas & humanitas, virtus homini propria; unde inhumanus est, qui velut hominem exiit moribus, sola corporis forma illum exprimens: cum sit civilitatis, quæ & communis vite ignarus.

Vitium in defectu homines efficit morosus, importunos, rixosos, litigiosos, contentiosos. Nam cum affabilitate destituantur, ἀνθρωπότης quidam evadunt, ἀνθρώποι, ἀνθρώποι, ἀνθρώποι: nihil ab gratiam nec dicunt, nec faciunt, non ita adducti, sed odio quodam hominum, & natio contendendi studio. Quapropter sicuti Affabilitas amicitia similis erat, ita Morositas ista (licet enim nobis sic appellare) inimicitia similis est. Aristot. vocat ἀνθρώποι, & ἀνθρώποι, ἀνθρώποι quidem ἀνθρώποι, quia malè cum aliis conglutinantur: sicuti è contra ἀνθρώποι, ἀνθρώποι, ἀνθρώποι dicebantur. ἀνθρώποι vero, quoniam ex duplici genere τῶν ἀνθρώπων, ut Hesiodus docet, τῶν κακῶν γένος, malignam scilicet & perniciosam contentionem sequuntur. Itaque, πᾶν ἀνθρώπων τῶν ἀνθρώπων, ut vocabulo appellatur, quasi (quod de Iliau Iliaci patriarchæ filio sacre perhibent licet) manus illorum fuit contra omnes, & omnium contra illos. Cæterum quia Affabilitas, seu potius ut generaliore vocabulo utatur, Humanitati opposita est Inhumanitas: ea propter totidem habet differentias, & in omni L. B. Theatr. vite Human. Tom. IV.

generè vite locum obtinebit, publicè simul & privatim. Ipsa Ecertè Superbia Humilitati opposita (quæ, quatenus honores affectat, ad ambitionem; quatenus mendacio nititur, ad veritatis excessum referri debet) propter inhumanitatem junctam, præsentis quoque loci erit, & differentiat causa superbia inhumana, sine inhumanitas superba appellari poterit.

INHUMANITATIS, MOROSITATIS,

ACERBITATIS ACQUISITIO.

HUC.

MAGISTRI.

Qui discordias serunt ira stimulante, inter Cruelitatis magistros recensendi veniunt: qui verò libidine, sola aliorum rixas, & contentiones spectandi, hujus erunt loci.

Judei Christum, quem crucifixerunt infontem, in cruce pendentem triserunt. Quorum impietas tanta fuit, ut latronem quoque à sinistris pendentem in consimile pertaxerit (celus. Math. 27. & Marc. 15. & Luca 23. & Ioan. 6. 19.)

EURYMENUS diffidium inter fratres Dioscoros Castorem & Pollucem conatus est ferere, alterum apud alterum infimulans.

ARISTOTELES Cyrenensis dicebat, non oportere beneficium oblatum à quoquam recipere: aut enim ut rependere possit, molestias habiturum: aut si non referat, in ingrati tudinem reprehensionem incursum. Alian. lib. 19. de Var. hist.

ANDRONICUS DUCAS, homo sordidus & perfricta frontis, cum Andronicus Comnenus Imperator altquem excecare velle decernebat: oburgato Andronico, quòd in supplicis fumendis infra delictorum atrocitatem subsisteret. Tandem & ipse crudeliter necatus est. Nicetas lib. 1. de Imp. Andron.

In Hybernia, quæ in penitissimo Oceano extra terras insula sita est, cultu indomito & fero, pueri ita aliti educati que sunt, ut inter arma & cædes assidue vententur: matremque natura imites, ingenio barbaro, primos cibos edito infanti gladio admove re ferantur. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 25.

DISCIPULI.

Anus quædam ut se audiret Demetrium Poliorcetem regem precata, neganti sibi audiendi orium esse: Ergo quid, inquit, regnas? Que vox adeo regis animum perfrinxit, ut multo faciliorem jam inde se adire volentibus præbuerit. Idem Philippo Macedoni tribuitur, à Sabell. lib. 7. Etnæd. 4. Vide infra Inhumanitas secundum materiam, erga homines. §. Supplices.

IN GENERE MORES INEPTI.

DIONI Syracusano datum fuit vitio etiam ab amicis cordatis, quòd morosus & difficultis quàm pro civili usu ageret cum audentibus. Itaque Plato ad eum scripsit, nisi pervicaciam tantquam solitudinis comitem declinaret. Plut. in Dione.

PROCOPIUS Imp. per morum tristitiam latebras, ac similem habitum Crassi illius, quem in vita semel rixisse affirmat Lucillius, vixit, humum semper inuendo. Call. lib. 3. c. 28. Amig. Lect.

TIBERIUS Cæsar incedebat cervice rigida & ostipa, adducto fere vultu, plerumque tacitus: nullo, aut rarissimo etiam cum proximis sermone, eoque tardissimo, nec sine molli digitorum gestulatione. Quæ omnia ingrata atque arrogantia plena, & animadvertit Augustus in eo, & exulare tentavit sepe apud Senatum & populum: professus naturæ vitia esse, non animi. Svetonius. Vide eodem infra.

IN SPECIE, QUOD CONSERVATIONEM, PATA

Hominum aspectum, congressum fugiendo.

Huc pertinent omnes ii qui non contemplationis studio, sed odio hominum, aut tædio præsentis fortune, in solitudinem se abdicant monasticam aut eremiticam. Consule Tit. Odii hominum in universum, sub Loco Affectuum.

HYPOLYTUS Thelæ F. quòd Phædrae novæ libidinis non contentus, ejus infidias petitus, diceperatque fuit ab equis paternis, sed ab Alcuiapio in vitam revocatus, in Italiam fugit, odio patris, cui ignoscere noluit. Pausanias in Corinthiacis.

RÆIUS, priusquam ad Troiam auxiliarius proficere setur, LI 4 mal-

A cum veteres reges nihil à ceterorum ornatu differrent. Ita diam fe angultiore oculis hominum facit, pectoribus inuisus, veneno obit. *Cyprianus & Amilius.*

SVENO rex Danorum pace parva patrios mores ut rusticos mutavit, Germanos emulatus est, cultu Saxonum & ipse usus est, & anlicos, & milites uti voluit: conviviis elegantes minifros adhibuit, interjecit mensis morionum facetias, honores hiftrionibus amplifi. detulit, nobilibus pretis obfcuris homines promovit, qui regie gratia potius quam generis splendore felicitatem suam referret acceptam. Lites non prudentium iudicio, sed athletarum robori permittebat. Ad populum verba facturus, non nisi novo editissimoque fuffellu utebatur. *Saxo Grammaticus lib. 14. Hiflor. Danorum.*

CAPILLOS, BARBAM.
VITOLDUS Lituania Dux, ut effer inter populares & ipsum principem certum facie difcrimen, radere barbam omnibus imperavit. Id ubi non fuffecit (facilius enim cervicis quam barbæ jacturam Lituani ferebant) tonfus ipse mentum & caput prodiit, capitale interminatus, fi quis provincialium pilos facie deponebat. *En. Syl. cap. 26. Europe.*

DENUBATIONEM.
HEBE Junonis F. cum pulcherrima effer, ac Jovi placuiffet, juvenuti præficere ab ipfo Jove; & id præterea illi munus datum efi: ut Jovi pocula ministraret. Veruntamen cum lapfa aliquando inter ministrandum, pudenda omnibus denudaffet, ea ab illo officio remota. Ganymedes, Laomedontis Troje regis F. ab aquila in celum Jovis juffu portatus, fufficitur. Id Juno graviter tulit. Unde *Maro*
— Rapti Ganymedis honores. *Mythologia lib. 2. cap. 5.*
PHILIPPOS Macedonum rex, fuffaltationis quorundam capivorum fpectator, indecoro fedebat, velle fupra genua collecta. Quo nomine à captivo quodam feorfim montus, itatum eum liberavit. *Plur.*

ALIMENTA, POTUM intempellivum.
C. MARIUS, quia in publico frigidam aquam bibiffet, per fervum poculo allatam, velut parum civiliter egiffet, à cenforibus efi tenatu ejectionis. *Sabell. lib. 2. Ennead. 6.*

EXCRETIONEM CORPORIS
indecoram. Ructus, Crepitus.
C. Chii quidam peregrinantes apud Lacedæmonios, post cenam incacuram tribunalibus Ephorum, & convomerunt. Id ubi competum fuit, per præconem edixerunt: Chiiis permiffum effer intemperanter agere. Cum antea fevera pena inflituta fuiffet, fi quis civium id feciffe deprehensus foret. *Erafmus in Adagis.*

Stoici crepitus ventris æquè libero ac ructus effer oportere, vulgo dicere folebant. *Cic. in Epift. familiaribus lib. 9.*
METROCLÉS Hipparchiæ frater, Theoprafti difcipulus, cum fæpe inter difputandum crepitum ventris emitteret, præ pudore domi fe continuit: fed à Grætere Cynico partim verbis, partim libero & fimulato crepitu animatus, qui plurimos lupinos devorabat, ut ad crepitus facilis effer, Cynice philofophiæ operam dare cepit. *Laert. in eius vita.*

VENEREM IMPORTUNAM,
INTEMPESTIVAM.
Immodestia veneris ad Libidinem pertinet. Hic externi tantum mores confiderantur, quatenus converfantibus moleftiam parant.
Indorum quorundam coitus in propatulo efi, ficut pecorum. Color fimilis atque proximus Ethiopico, genitura, quam in mulieres emittunt, non alba, quemadmodum ceterorum hominum, fed atra, ut color corporis; qualem Ethiopes quoque emittunt. *Herodotus lib. 3.*

Maligætarum æmulos Cynicos philofophos fcripti *Ruffinus & Herodotus*, quia morte canum publicè coibant.
INHUMANITAS, MOROSITAS IN OFFICIIS, VIDELICET OFFICIA

GRATA NON FACERE.
HUIUS SUNT LOCI
MORES ALIORUM NON FERRE.
DEMOCEDES Crotonienfis, cum à patre iracundo Crotone cohiberetur, nec eum toletare poffet, illo relicto, abiit in Aginam. Ubi commoratus unum annum, primos medicos tranfcedit, etfi imparatus erat, & nihil inftrumentorum habens, quæ ad artem medicinæ pertinerent. *Herodotus lib. 4.*

NON AUDIRE ALIOS.
Vide fuprà, Non admittenda alios ad colloquium, item Inhumanitas erga fuplices.
ARISTIPPUS, quum aliquando Dionyfium tyrannum interpellare pro amico, nec ille preces admitteret, prostratus cepit amplecti pedes regis, & impetravit. Id factum quum quidam velut abjectus, quam ut philofophum deceret, reprehenderent: Non ego, inquit, fum in culpa, fed Dionyfius, qui aures habet in pedibus. *Laertius lib. 2. cap. 8.*

Anul cuidam paupercula Philippum Macedonem appellanti, ut causam ipfius cognofceret, cum hac flagitatione frequenter obftreperet, illi respondit, fibi non effer otium. Cumque anus inclamaffet, proinde ne rex quidem effer velis: Philippus admittatus ancilæ liberam vocem, non illi folum præbuit aures, verum etiam alios audivit. *Plur. in Apoph. Regum. Hoc idem Latini tribuunt Adriano Imperatori. Et Sabell. 7. En. 4. etiam Demetrio Poliorceti.*

NON CONDOLERE.
Cum Sennacherib Affyriorum rex Judæam vaffaret, Ifraelitarum decem tribus, à Salmanaffare jam pridem in Mediâ abdudæ, confanguineorum fuorum malis parum condolentes, in epulis verfabantur. Itaque Deus effer, ut Sennacherib turpi fuga domum reverfus, Ifraelitarum plurimos, propter odium Judæorum, utpote confanguineos eorum, interficeret: quemadmodum etiam Dominus Judæos, propter malis & captivitate non movebantur, post centum & amplius annos Nabuchodonofori Babyloniorum regi abduccendos tradidit. *Tobia 1.*

L. FULVIUS argentarius, bello Punico fecundo, cum corona rofacea interdiu & pergula fua in forum prospexiffe dicitur, ex auctoritate fenatus in carcerem abduccus, non ante finem belli emiffus efi. *Plin. 21. cap. 3.*
Cosma Medices, qui Florentiæ dominatum fui peperit, cum opum potentiaque fua ftabilendæ causâ civitatem in bellum Lucenfe difficillimum conjeciffet, objicentibus illis æmulis civium interitum, respondit, Septenis aut octonis purpure ulnis quotidie cives permultos fieri poffe. Utebantur enim eo tempore Florentini purpurea togula. *Brutus in vita eius.*

NON DARE, AUT MALIGNÈ DARE.
Erat natura Clementis VII. Pont. parifimonia & difsimulatioe gaudens, ut liberalis & durus potius, quam fævus effer cenferetur. Neminem enim planè oderat, quum neminem adamarat: Multorum verò conftanter obferviceretur, qui ab optimis litterarum fludis veteraque obsequio commendationem & præmia meruiffent. Hos quidem perbandè appellabat, ut imagine gratiæ denereretur, fed occultè oderat tanquam creditores. Dedit tamen omnia vel femper nolens, quæ fuis parum benigna facie denegarat, & inimicis quidem fepit & indignis, qua in re aliquando fufpirans fe miferum: effer concessus efi, quum animus aut præfentis utilitate induccus, aut ignobili compulfus metu, ad id inexplicabili neceffitate, vel reluctante iudicio raperetur. Ex uno enim & triginta Cardinalibus, quos legerat in fenatum, vix unum atque alterum probabat, quod eos præteritis honeftioribus, nequaquam exquifito decoreo delectu, uti defideraffe videri cupiebat; fed vi fubita inter impotentes regum preces amorumque ftrepitum circumventus, & coactus edidiffet. *Jovius lib. 32. Hifl.*

COMMEATUM PROHIBERE.
Rex Idumæorum potentibus Ifraelitis per legatos tranfitum fide data fe neminem injuria affecluros, fed regia via perrecturos, concedere noluit; quum id eis cum milibus copiis validaque manu occurreret, ita ut à Cades ad montem Hor defleclere cogeretur. *Nun. 20.*
Idem fecit Seon rex Amorrhæorum. *Nun. 21.*

NON ACCIPERE OBLATA.
Galatarum rex Dejotarus jam gravis annis accivit M. Catonem minorem in Afiâ peregrinantem, ut liberus fuos & domum efi commendaret. Quem postquam advenit, varia dona efi offerens, inftantque atque enixè rogans, ut acciperet, adeo exacerbavit, ut velperi cum veniffet, & ibi pernoclaffet, proftitiffè abjerteretur hora. *Plur.*

GRATA INDECORE FACERE.
Ilienſium legati ad Tiberium Imper. de morte Drufi queſtium

A ſum & conſolatum venerant, paulò tamen ſenſis. Eorum tarditatem reprehendens: Et fe illum vicem dolere dixit, quòd Hecltorum præclarum civem amiſiffent. *Svetonius.*
ALBERICUS Marozia F. in eptæ aquam Hugonis vitici & patrii, Italiæ regis, manibus afundens, alapam ab eo accepit. Qua contumelia ita abaltenus fuit, ut Romanorum armis eum Roma expulſeret. *Luitprandus lib. 3. cap. 12. & Auemius lib. 4. Annalium.*

INGRATA FACERE. CUJUSMODI SUNT RIXARI, LITIGARE, Contendere.
Hic aſperitatis circa iram ratio habetur. Que verò iram habet ſomitem, ad Crudelitatis locum pertinet.
Anus quæpiam fuit Prolemis, quæ quoad vixit, lites agitabat, nec unquam ab agendis cauſis ſcribatur. *Auctor Diogenianus apud Erafmum.*

PARNUS, ob amiſſam naviculam, cum obviis quibusque litigabat: hinc adagium, Diſceptare ſcapulam: id eſt, ob res minutulas multum movere litium & querelaram. *Ravifius.*

GORGIAS Leontinus, cum in Olympiis de communi Græcorum concordia inſigniter peroraret, à Melancho ludibrio habitus eſt, dicente, fruſtra Gorgiam de Græcorum concordia agitare, cum fe, uxorem & ancillam concordem habere peſceret, quæ ob zelotypiam irata quotidie diſſidium faceret. *Alex. lib. 5. cap. 18.*

HYPERBOLUS concionator Athenienſis, improbiſſimus fuit, mitrum in modum appetens litium: Hinc adagium, Ultra Hyperbolum.
In Gargilium Martialis Epigram. lib. 7.
Lis te bis decima numerantem frigora brumæ
Conterit una ſcribis Gargiliane foris.
Ab miſer & demens viginti litigat annis
Quifquam, cui vincit, Gargiliane, licet.

OCCULTARE NON OCCULTANDA.
Præſcis ſophiſta ſub Juliano moroſiſſimus, agrè admodum ad diſputationes adducebatur, dogmata occultans tanquam theſaurum. *Emapius in vita eius.*

DEVOVERE, IMPREGARI.
C. Judæi Alexandrum Hircani F. regem ſuum ita exoſum habuerunt, ut cum poſt varias clades ultro citroque acceptas, ab illis benevolè pereretur, Quid vellent fieri? omnes uno ore clamaverunt, ut quam celerrimè periret. *Iof. lib. 13. de Antiq.*
Nefaria & planè humano generi inimica vox eſt, veteri proverbio circumlata (id quod ex 3. de Finibus M. Tullii & Seneca lib. 2. de Clementia conſtat) quam Dion & Suidas etiam Tiberio adſcribunt.
Ejus dicitur *γὰρ ἡ ψυχὴ τοιοῦτη.*
Oùd id *ψυχὴ τοιοῦτη ἔχει ἡ ψυχὴ τοιοῦτη.*

Eam vocem à quodam temerè uſurpata Nero cortexiſſe dicitur, imò, inquit, *ἡ ψυχὴ τοιοῦτη, teſte Svetonio.*
C. CESAR CALIGULA Imp. queri ſolebat, quòd ſua tempora nullis calamitatibus publicis inſinguerentur: Auguſti principatum clade Variana, Tiberii mina ſpectaculoſum apud Fidenas memorabilem factum, ſui oblivione imminere proſperitate rerum. Atque identidem exercituum cædes, famem, peſtilentiam, incendia, hiatum aliquem terra opabat. *Sveton.*

MINARI.
ROBOAM Salomonis F. ſuperbè reſpondens & inhumaniter decem tribus Iſraelitarum, occaſionem illis dedit, ut Hero-boam ductu ab eo deſceſcerint.
COMMODUS Caſar, ut terribilior omnibus videretur, ſtatuum ſibi poni juſſit pro curia, quæ arcum intenderet. Cæterum eo extincto, ſtatuum ſublata eſt, patrum decreto libertatis ſigno eadem baſe impoſito. *Sabell. lib. 5. Ennead. 7.*

OFFERRE INGRATA.
TIMON Athenienſis fertur in concione populi Athenienſis conſenſiſſe ſuggeſſum: ſilentio autem expectatione propter rei novitatem magna facta, dixiſſe: Eſt mihi exigua, Athenienſes, arca, in qua adolevit ficus, ex ea multi jam cives fe ſuſpendere. Quia verò hunc locum ſtatui inſedificare, nolui præmittere, quin id publice prænuſciarem, quò, ſi quibus veſtrum vilium erit, prius quam excutetur ficus, ſuſpendat ſe. *Plur. in Antonio.*

Vide Tit. Avaritiæ actiões, quatenus acerbitatem inſtant habent.
PYRRHUS Epirotarum rex à Siculis ex Italia contra Carthaginiens evocatus, humanitate omnes ſibi ab initio devinxit

Occupata inde inſula, cum Africam mente concepiſſet, & cogendis in naves claſſificis tyrannicè agere inciperet, omnes à ſe alienavit, & inſulam, ceu palæſtram Martis, Romanis & Carthaginiensibus reliquit. *Plur. in Pyrrho.*
CONSTANTIUS Epifcopus Mediolanenſis, in collecta facta inter Januenſes, à Philagrio quoque portitorre, fed cæco, exigi curaverat. Ea de re à D. Greg. Papa reprehenditur lib. 7. Epifl. 130. Miratur, inquit, quòd qui magis miſericordiam dignus eſt, vobis præſentibus prægraveretur. Eum qui cæcitate gravatur, inhumanum eſt nimis in collatione affligere, cujus inopia potius eſt collatione ſuccurrendum foret.

CONTEMNERE ALIOS PRÆ SE.
Cum Moyſes uxorem duxiſſet Ethioſiſſam, Aaron frater & ſoror Maria ei ſummoperè ſuccenſerunt, eique exprobrant, quòd non ipſi ſoli, ſed ſibi quoque Dominus locum eſſet, ne ea re ſuperbiret. Sed Dominus hanc obſtrectationem punivit, & Mariam lepre morbo ſeptem diebus affecti, Moyſe interea pro ea intercedente. *Nun. 12.*

Capto Helleſponto, & Lacedæmonius proſtigatis, in tantum animos ſuſtulere Alcibiadis milites, tantoque ſumperunt ſpiritus, ut dignarentur aliis milites fe ſubinde victis inviſcos ubique commicere. Nam fortè non multo antè ad Ephelum re à Thralylo male geſta, æreum trophæum Epheli in opprobrium Athenienſium erexerat. Hac improperabant Thralyſi militibus milites Alcibiadis, extollentes ſe & ſuum Imperatorem, nec eos ad eadem gymnafia ut tenderent apud ſe in caſtris, dignabantur. Ut verò Pharnabazus magno equitatu & pedeftribus copiis populans Abydenorum fines eſt adortus, ad ſuppeditas veniens Alcibiadis, fugavit eum, periculofusque ad noctem uſque eſt cum Thralylo: ac tunc fe cum eo conjunxit, atque inter fe congratulantibus ovanteque in caſtra. *Plur. in Alcibiade.*

ACCUSARE, REPREHENDERE. AMARULENTA reprehenſio, accuſatio, fugillatio.
Reprehenſio variis modis conſiderata, ut vera eſt, ut iuſta, ut iocoſa, ad alios atque alios locos pertinet: ut acerba eſt & auſtera, huius erit Loci. Conſule Tit. Reprehenſioſi libera, quatenus libertas interdum mixtam habet auſteritatem.

Qui acerbè reprehenderint alios.
Populi.
Ezoneis, municipium tribus Cæcropiæ, cujus incolæ male audiebant, ut maledici; unde *αὐροναῖοι*, maledicere, *Suidas ex Platone,*

Grammatici.
DAPHIDAS grammaticus in Thorace monte cruciaſſixus eſt, quòd reges maledicis carminibus inceſſeret. *Strabo lib. 14.* Hinc proverb. Cavere Thoracem.
DOMITIUS Calderinus, vir clariffimus ingenio, & qui primus poetas graviffimos ſuo tempore enarrare auſus eſt, nullo magis quam obſtrectationis vitio laboravit. Ideoque *Volat. lib. 21. Anthrop.* dignum eum (ut de Cælio Quintilianus ait) vita longiore, ingenio tamen meliøre, exiſtimavit.

Poggii Florentini maledicendi ſtudium ex eis, quas in Amedæum Sabaudia ducem, à Baſilienſi concilio creatum Pontificem, in Fran. Philophum, cui poſtea reconciliatus eſt, & in Laur. Vallam, in veſtigiis ſcriptiſ impuriſſimas, quivis colligere poteſt. *Volat. lib. 21. Anthrop.*

IOANNES Venetus ea fuit lingue licentia, ut unus omnium H laudibus obſtrectaret, doctrina alioquin & ingenio ſummus, & talis quidem, ut ſuo tempore cum viris omnium clariffimis conſerri poterit. *Volat. lib. 21. Anthrop.*

LAURENTIUS VALLA maledicus in omnes fuit, contra ipſam demum religionem latravit: ſcriptis quoque probare conatus, nullum ejus ſive munus Imperii Pontifici conſeſſum eſt. Ex quo deſuncto non deſiit, qui diſtichon hujuſmodi iactaret:
Ohe ut Valla ſilet, ſolitus qui parcere nulli eſt?
Si queris quid agat, nunc quoque mordet hominum.
ut eſt apud *Volat. lib. 21. Anthrop.* Aliud quoque circumfertur:
Nunc poſtquam manes deſunctus Valla petiit,
Non audeſt Pluto verba Latina loqui.
Jupiter hunc caeli dignatus parte ſuiſet,
Cenſorem lingue ſed rimet iſte ſua.

Poete.
HIPPONAS poeta Jambophraſus amarulentus, ac note mordacitatis, qui auctore Dionyſio Halicarnaſſeo, Trimerum Archilochium de induſtria Scæzontem inſegret, cum inimicoſe lacerare veller, quò videlicet ferire fortius. Hic Bupalum & Anthermon, quòd ab his deformi ſpecie pictus eſſet,

A fer, veribus jamblicis infectatus legitur. Erat autem Hypo-

nae notabilis in vultu scditus, quamobrem quidam imagi-

dem ejus propoliuere in ridendum circulis, quorum aliquot

suis carminibus creditur ad laqueum compulisse, Negat id ef-

se verum Plinius lib. 36. cap. 5. Erasmus in Proverbio, Hip-

ponabilem praconium. Celebratur Theonis poetae rabies. Unde Hor. in Epistolis:

Dente Theonino qui circum roditur. Idem hoc vitium alicubi

fuccum higinis vocat, & saltem nigrum, quod cum moria ad-

dat & faina maculam. Erasmus in Adagis. SUSARION, Cratinus, Aristophanes & Eupolis, Graeci poetae,

flagitia hominum tanta libertate insectabantur, ut opus fuerit

legere, quae maledicam illam & effrancem mordendi licentiam

cohiberet, & comprimeret. Nævius poeta Metellos ac Scipiones suis verbis ausus

est profcindere. Propterea Metellus consul hoc ei Senario re-

pondit: Dabunt malum Metelli Nævio poetae. Tandem pro-

pter nimiam illam in scribendo maledicentiam, a Triumphis in

vincula conjectus est. Ravifus. VAL. CATULLUS, poeta Veronensis, in poematis lascivus fuit

& mordax: quippe D. Jul. Caesari aeterna stigmata suis jambis

inulfit. Suetonius in vita Caesari. Philosophi. ACRON admonet, Bionem Philosophum fuisse, qui mordaci-

ssimis dialogis laceravit poetas, sic ut nec Homero parceret

Porphyron autumat, Aristophanis comici patrem fuisse. Philosophorum quorundam maledicentiam pluraquam com-

micam, pete ex Athen. lib. 5. cap. 14. Polistic. HYPERBOLUS quidam Perithaedes in reprehendendo ita

acerbus fuit, ut materiam Comici penè omnibus perpetuam

discerionem in theatris praebuerit. Plut. in Alcibiade, & Ni-

cia. Meminit ejus etiam Thucydides lib. 8. Exules. DANTES Florentinus, poeta insignis, Florentia cum reliquis

Quos reprehenderint. Utpura Ecclesiasticus.

Quum mortuo Hadriano VI. Pompejus Columna magna

contentione Julio Medici ad Pontificatum aspiranti resiste-

ret, atque inde factiones senatus & aliae clades orientur, Cro-

tes & Regio Lepidi, poeta amantulus, hoc epigramma in

foro legendum affixit: Ecce iterum e summo deiecitm calvine Roman

Pompeii & Julii mensi furiose premis. Bruta pium, Phetine pium non stringite ferrum.

Quid servasse iuvat, si peritura fuit? Jovius in Pompeii vita. Republicam. Cleoni ostendit obijcere se hoc Aristophanes, quod

De civitate apud hospites dicat male. Quare incendit Athenieses. Plut. de Discer. adu.

Reges, Imperatores. TIMAGORIS historicus Augulum & universam ejus fami-

liam maledicis verbis, probroflice conviciis ausus est deni-

grare. Benignus tamen Imperator ad vindictam satis habuit

ei domo sua interdiceret. Suetonius. Doctos. Quae sunt apud mortales teterrima verba, vernilitates, fri-

gillationes, insolentias, scortationes, homicidia, venifices

periculosos, cerebrosos, haec conquisita in Aristotelem, So-

cratem, Pythagoram, Protagoram, Theophrastum, Heracli-

dem, Hipparchum, in quovis alios viros claros, Epicurei evi-

nuere, ut si vel alius undequaque essent sapientes, ob haec

tamen convitia & maledicta longissime a sapientia arcean-

ti. Siquidem excluditur invidia extra divinum chorum &

amulatio, quae ex infirmitate recondere non valet dolorem. Plut. contra Epicurum.

ZOYLUS Amphipolites fuit, ac propterea Spaxidus ab ipso

dicatur ab Pontico Herachylo: Polycratus ejus auditor,

qui adversus Socratem accusatorio spiritu orationem concin-

navit. Eundem propter dicitatem, quod nec Homero nec

Quando reprehenderint. V. G. In convivio.

Cum super mensam familiarem quendam increparet inter

disserendum Socrates acutus Satiolus, inquit Plato, erat haec

seorsim id dixisse? Cui Socrates: Tu vero rectius fecisses, si hoc

mibi dixisses seorsim. Plut. de discer. adula.

Citium reor Alexandrum non tam inflammasse ex vino,

quam quod in frequentia amorum cortiperet. Plut. ibid.

Inter Sacra. BONIFACIUS IX. Pp. Porchero Spinulae Genuensi Archie-

piscopo exprobravit factionis Gibellinae studium. Ipse enim

Cinereum dicit, quo Pontifices solent Ecclesiasticorum Anu-

sitium capita cinere aspergere, ut ad Porchetum pervenit, cin-

erem in oculos, perverte enunciatis solemnibus verbis, con-

jectit, dicens: Memento homo, quia Gibellinus es, & cum Gi-

bellinis in cinerem converteris. Fulg. lib. 9. cap. 5. & Sab. lib. 9.

cap. 11. & Equar. lib. 6. cap. 2. in Calamitate. Euctus & Eulues, Persei regis abusibus semper

blandientes conniventesque sicut caeteri cum affectabantur.

Postquam signis collatis ad Pydinam a Romanis victus fugam

cepit, incurstantes acerbe culpaverunt & refregerunt ea in

quibus offenderat, aut quae neglexerit, singula exprobrantes:

quo usque homo dolore & ira victus, utrumque gladio

confodit. Plut. de Discernendis adulat.

INSULTARE, IRRIDERE. Vnde Tit. Inhumanus erga Captivos, Damnatos.

Judeos Christum in cruce pendentem blasphemè irritif-

se, Evangelica histori docemur. PATTACUS Milylenorum tyrannum Alcaeus poeta Sapa-

rum a latitudine & attractione pedum appellavit, quasi plan-

Quod Caesaris scis, Caesari Da: nempe iustum postulo.

Ni fallor haud ullam tuus Signat Deus pecuniam.

Nec cum veniret, aureos Secum Philippus detulit: Praecepta sed verbis dedit Inanis a marsupio.

Implete dictorum fidem, Quae vos per orbem vendidit: Nummos libenter reddite, Estote verbis divites.

ROMANUS Imper. a Stephano & Constantino filii regno

exutus, & in monasterium detrusus, eodem non multo post a

Constantino Leonis F. eodem relegatus, his verbis exercuisse

fertur: Festivum tempus, quod humilitatem nostram Imperium

vestrum visitate cogit, charitas puto, quae me de palatio expul-

sit, filiationem vestram non ibi diu permanere permittit. O fa-

ctum bene! quod me pridem praemisistis. Confractes enim

mei, & commilitones mei, superne tantum Philosophiae in-

comitantes, qualiter Imperatores susciperent, ignorarent, si non

me jam dudum Imperialibus in litibus titum haberent. Para-

ta jam frigidior occidit aqua decocia pruinis: Dulces adium

fabae, lachana, porriusque recentes. Non hic marine deliciae

morbos, sed crebra potius jejunia creant. Turbam vero hanc

tantum tam sumptuosa modicis nostris non recipit: vestrum

solummodo imperium suscipit, quod ne paternam deserat sen-

ctem, advenit. Luitprandus l. 5. c. 11. Oratio II. Imp. uxorem habuit Theopaniam, Romani Imp.

Constantinopolitani filiam, mulierem callidam & astutam, &

Adelheidem Imperatrici Othonis matri semper infensam, ex qua

Othonem III. genuit. Haec, victo a Graecis in Calabria Otho-

ne, omnibus pavore consternatis, Romanis insultabat, quod

ab exercitu Graeco victi essent Romani viri fortes & bellicosi,

ab iis quos ipsi appellarent effeminatos. Caspianus. Cruciferi Prussi cum Sigismundo rege Hungariae, collecto

140. militum exercitu, Uladislao Jagelloni Polonorum regi

bellum inferabant. Missi ad regem duo Cruciferorum cadu-

ceatores, eum hortabantur Magistri nomine, ne tam metico-

losè pagnam intret: & duos gladios strictos & cruentos ei ob-

tulere, ut vel iis adversus Cruciferos uteretur. Rex placide &

modeste caduceatoribus respondit: Quamvis armorum satis

habeat in exercitu, accipere se tamen in Dei nomine gladios,

contumelie causa ab hoste missos: atque ita accipere ut omen

victoriae, quam sibi armorum traditio portendat. Collatis

signis, Cruciferi victi ad Gronewaldem, caesa quinquaginta

millia, in quibus Magister & Commendatarius, paucis excep-

ptis, capta ad xl. millia, signa vero militaria relata unum &

quinquaginta. Cromerus lib. 16. DEFENDERE SE VEL ALIOS acerbe, inepte.

Suffeni simillimum Mevium facit Horatius, suis ignoscentem

vitis, aliena mordacissime insectantem. — Egomet me agnosco, Mevius inquit

P. SEXTUS Cicero cum aliis quibusdam ad causa patro-

cinium adhibuerat: cumque ipse vellet omnia dicere, nec

cuiquam locum dicendi daret, ubi jam constaret illum a iudi-

cibus abolendum, ferreturque sententia: Utere, inquit Cice-

ro, tempore hodie; cras enim privatus eris. Notans homi-

nem, quod in causa suo arbitrata solus egisset omnia. Eras-

mus lib. 4. Apoph. ex Plut. Cicero. LENIUS, Pompeji Magni libertus, grammaticus celeberrimus,

Salustium historicum, quod Pompejum oris improbi

& animo invecundo esse scripisset, acerbissima styra lace-

travit: Laetium, & Lurcornem, & Nebulonem, Popionem-

que appellans, & vita scriptisque monstrum; praeterea pif-

corum, Catonisque verborum ineratissimum iurem. Suetonius

c. 14. de Grammaticis. Agebat penes Pontificem Julium II. Venetus orator Domi-

nicus Pisanus, singulari prudentia & probitate vit: qui ta-

men, cum gravitus Venetum nomen laceraret Pont. de Impe-

riquo Veneto penitus a se evertendo, minaretur, eò impo-

tenitate lapsus est, ut Pont. ipsum vilem clericulum Venetorum

opera evasurum diceret. Quod superbe dictum ulque adeo

Pontificis Julii animum incendit, ut Cameracense tandem

sedus

A fecus initium fit, quo totius Imperii sui clade Veneti sunt affecti. Egnat. lib. 9. c. 5.

REPREENSIONES NON FERRE, Impotenter ferre.

PROLEMUM regem magister Aristomenes dormitantem assistentibus legatis excitans, materiam dedit adulatoribus stomachari simulatibus regis gratia, qui dicerent: Si tantis laboribus & vigiliis somnus defatigatum oppressit, admonere te ferocissimum non in hominum conspectu, tam multorum manus debuerat admovere. Ille ergo virulentum poculum misit ei, ac iussit, ut hauriret. *Plut. de discern. adulat.*

CUM Ptolemæus Philadelphus forem matrimonium sibi iunxisset Aristinoen, Sotades dixit, in nefarium foramen aculeum impellis. Itaque in carcere sita multos annos contabit atque loquacitatis intempestivæ pendit prenas; & quò aliis ritum moveret, diu ipse ejulavit. *Plut. de insit. liberis.*

JEROSOLYMITANI quidam juvenes in Gestum Floram praesidem Judææ crudelis & avaris, convitia jaciebāt, & canistrum circumferentes, spem ejus nomine petebant, rapinas & avaritiam ejus denotantes. Quibus somnatis irritatus, vir celestissimus in Jerosolymitanos nitrum in modum sevit, & bello Judaico principium dedit. *Ioseph. lib. 2. c. 14. belli Jud.*

CUM Tiberius Cæsar ab Augusto legata populo non imple-ret, & fortè coram eo mortuus ad sepulchrum efferretur: Minus quidam sublata voce, mortuo inclamavit: Refer Augusto, non dum pro ejus legatis populo Romano satisfactum. Tiberius Mino pro ejus parte satisfecit, postea interfecti: ut Augusto nunciatum iret, jam cepta esse ejus legata persolveri. *Suet.*

MOSONITUS Babylonius philosophus, Stoicus ac Dialecticus, Neronis tempore, familiaris Apollonii Tyanei, à Nerone ob linguæ licentiam interfectus est. *Volat. lib. 17.*

EVECTUS ad Episcopatum Joannes Chryostomus Constantinopolitanus, Honorio & Eutychemio Cossano imperii Arcadii altero, Christo verò quadringentesimo secundo quòd asperitate quadam & disciplina severiori in Clericos suos uteretur, liberius mores ipsorum & vitia reprehendens, paulatim omnibus illis fieri cepit exotis, adeò ut consuetudinem ejus omnes funderent. Anxit odium illud Serapion diaconus, cum in cœtu aliquando clericorum ad Episcopum dixisset: Nunquam, o Episcopo, exercere imperium tuum in illos poteris, nisi uno baculo canctos expellas. Quo dicto animatus Joannes, paulò post alios alius de causis ex Ecclesia ejecit. Id clerici indignè ferentes, odio & similitati contra eum etiam conspirationem addiderunt, & coram populo detulerunt, accusationem fruentes privatis etiam quibusdam Joannis moribus, quòd cibum cum nemine caperet, ac sibi vivens, ad convivium ne vocatus quidem accederet: tum etiam quòd in proceres aulæ ignominiosè invehere: tum quòd monachos, praesertim Isaacianos, duritè increparet, quòd per civitates vagarentur. Hac occasione, cum Theophili quoque Alexandrini insidiæ, & Epiphaniî Cyprii inimicitia accederent, in exilium actus perit. *Socrates lib. 6. c. 4. & 5. & deinceps Theodoret. l. 5. c. 28. Sozom. l. 8. c. 3. & 9.*

LAUDARE SUA, OSTENTARE INDECORE.

ALEXANDER Macedo, omnium regum erat in consuetudine D festivissimus, neque ullius exors leporis. At mero incallescens, jactantia odiosus evadebat, & plus satis castrensis: atque cum ipse ad arrogantiam delabebatur, tum mancipabat seipsum adulatoribus, à quibus optimi nudans animæ obtinebantur, qui neque certe volebant cum adulatoribus, neque minus quam illi eum audebant prædicare. *Plut. in Alexandro.*

Idem Ephestionem objurgans cum Cratere conflitantes; Quid tu, inquit, polles vel agas, si quis te Alexandro orbet? *Plut. ora. 2. de Alex. fortuna.*

CICERO post oppressum Catilinam, ubique, sive in Senatu, sive in concione, sive in iudiciis, in ore habuit Catilinam & Lentulum, & tam importuna commemoratione laudes suas obcuravit. *Plut. in Cicerone.*

Cum rex Thracie Rhymetaces, qui ab Antonio ad Augustum Cæsarem defecerat, immodicè inter pocula atque odiosè societatem suam ei exprobraret: propinas ali cuiquam regi Cæsar, Proditionem, inquit, amo, proditores non commendo. *Plut. in Apph.*

Morbo, quem exagitat Catullus in Egnatio, Alexis, comicus poeta, mulieres etiam teneri docuit, quæ idem quod il-

le bonum à natura arteve obtinissent. Cum enim Egnatius E candidos haberet dentes, consueverat, quocunque venerat, re-ridere, ut hoc etiam sepe ineptè atque importunè faceret, locis illis, quibus magis stertus lacrymae quam risus conveniebant. Eadem autem origo erat hujus insulsi moris ac vitii in utriusque, ostentatio videlicet minuta corporis partis elegantioris, quæ tamen illustri loco posita, multum adjuvat pulchritudinem. *Vitior. l. 6. Par. l. 1. cap. 12.*

In quendam effrontem *Martialis Epigram. l. 1.*
Os avi, patris nasum, duo lumina patris,
Et matris gestus dicis habere tua.

Cum referas priscos, nullamque in corpore partem
Mentiris, frontem dic mihi cuius habes?

Ulvo Suecus per dolum Estrichæ Canuti II. Danorum regis fororis nuptias consecutus, Norvegiarum arma in Danes concitavit. Sed classe victus, tandem nato Svenone F. Canuto reconciliatus, cum Nataliis feriis apud Roskildiam regæ cœnæ interesset, & per ebrietatem casorum à se in superiore praelio Danorum catalogum carmine decantasset, in templo cæsus est. Canutus violatè vicissitudinis injuriarum, ac fororis viduitatem, dnam provinciarum attributione pensavit, quas eadem postmodum sacrosanctæ Trinitatis adi, præcipua apud Roskildiam veneratione cultæ, decimarum nomine partendas curavit. *Saxo lib. 10.*

Ad Henricum VIII. Imp. venerant Spiram Argentinenses cives, privilegiorum suorum confirmationem petentes, ac missos à Dominis Argentinensibus longo verborum ambitu narrabant. Eos derisit Imp. nulla responsione dignatus, donec se submitterent, ac se non dominos, sed cives Argentinenses testentur. *Cupisimians.*

NON EXIBERE HONOREM.
Reo quodam causam in iudicio dicente, præteritis P. Servilius Iulianus, iudices admonuit, istum, quem aliqui non nosceret, se pedibus iter faciente, honoris sui gratia equo descendere noluisse. Quo quidem improbi facti exemplo sic moti sunt iudices, ut sepe indicta causa reum condemnarint. *Val. Max. lib. 8. c. 6. & Dion. l. 45.*

ERIPERE HONORES QUOSCUMQUE.
Roma per quingentos & quinquaginta octo annos Senatus populo mixtus spectaculo ludorum interfuit. Sed hunc morem Attilius Seranus, & L. Scribonius adiles, Iudæo M. triduum facientes, superioris Africani sententiam secuti, direferis Senatus & populi locis, solverunt: eaque res evertit vulgi animum, & favore Scipionis magnoperè quassavit. *Val. lib. 2. c. 1.*

VERBERARE.

Ex Tit. Dominorum inhumanitatis erga servos, quædam huc transferantur.

Cum universæ Græciæ exercitus Perfas convenisset, Paulianus Lacedæmoniorum rex seve nimis omnes verberibus afflictebat, qui ante Lacedæmonios pabulatum ivissent: Qua superbia reliquos Græcos impulit, ut Lacedæmoniorum fœdus atque amicitiam relinquerent. *Plut. in Paul. sania, & Aristide.*

PETERE IMPORTUNE.

HORTENSIVS à Catone petit, ut Portiam filiam suam, Bibulo nuptiam, sibi traderet in matrimonium, pollicens se marito redditurum, simulatque ex ea prolem suscipisset. Id cum multis rationibus illi persuasisset, Cato respondit: Se, quod ad ipsum attineret, libenter gratificatur amico: verum hoc non audent à Bibulo petere. Tum Hortensius nudans animum suum, petit Mariam, ipsius Catonis uxorem: Jam enim sibi Cato ademerat mariti prætextum. Affensus est Cato, ut id fieret volente patre conjugis, ipsoque Catone prætente facta sunt sponsalia. *Plut. in Catone.*

M. ANTONIVS Princeps Palaestinam quum transiret, Ægypti petrus, scientium Judæorum (qui Marcellinus inquit) & tumultuantium sepe tedio percussus, dolenter fertur exclamasse: O Marcomanni, o Quadi, o Sarmatæ! tandem alios vobis incertiores comperi. *Calvus lib. 5. c. 10. Leti. Antiq.*

INNUMANITAS SECUNDUM FORMAM CONSIDERATA RESPECTU ALIORUM ABSQUE CERTAMINE. QUI ALIORUM Acerbitatem, Inhumanitatem ferunt, approbant.

Defuncto Leone X. Papa, quum Cardinales privatis impli-

A cati votis, & variis factionibus impediti, comitia proferrent, & quique suo ambitu ductus, ad Pontificatum aspiraret: plerique inimicos probis, & falsis sepe calumniis onerabant, ut ceteros à ferendis suffragiis sulcoris in conclavi, verum & per urbem singulorum mores famosis carminibus notarentur, tanta maledicendi libertate, ut populus Rom. pariter & magistratus, quos severiore pena persequi debuisset, ut facundissimos poetas singulari petulantia deberebant. Ea res fœdissimè tolerata, effecit, ut sacerdotum nomen despectui & ludibrio penitus haberetur; quum ea carmina consumuliosissime concripta, ad extremas usque totius Europæ nationes permanerent, à quibus non multo post tam atrox id acceptum est vulnus, quo capta ac direpta urbe Romana, dignitate & fortunæ exitu turpissimè fuerit. *Iovius in Adriano IV.*

CUM CERTAMINE. CERTAMINA

INHUMANITATIS, ACERBITATIS.

Huc mutua Invektive, quarum unam variora nostro seculo habere exempla.

TIMON Atheniensis, omnium osor hominum, unum admittit ab Apemantium, ut germanum sui & ejusdem vitæ fœderator. Cum aliquando Inferiarum solenne esset, convivabantur hi duo inter se soli: cum dixisset Apemantium: Quam est, Timon, egregium nostrum convivium? Siquidem tu, inquit, non adlis. *Plut. in Antonio.*

Macrobios in Saturnaliis cenis, Laberius, inquit, mimus in senatum à Cæsare lectus, cum à Cicerone ad consellem non recipere, dicente: Recipere te, nisi angustè sedremus: mimus mordaciter respondit: Atqui solebas duabus sellis sedere: objiciens tanto viro lubricum fidei. Sed id quod Cicero dixit, Nisi angustè sederemus, somnia erat in Cæsarem, qui in senatum passim tam multos admittit, ut eos quatuordecim gradus capere non possent. *Erasmus in Adagis.*

HORTENSIVS orator ob cultum mundiorum, ac gesticulationem in dicendo molliores, crebrò male audiebat, in ipsis etiam iudiciis. Sed quum L. Torquatus, homo subagrestibus & infestis moribus, dum apud concilium de causa Syllæ querebatur, non jam histriionem illum diceret, sed gesticulatricem: Dionysiamque notissimam saltatriculam nomine compellaret tum voce molli demissaque Hortensius, Dionysia (inquit) Dionysia malim equidem esse, quam quod tu Torquate, *Quæst. & apud Arist. & Apophth.* id est, inelegans, aegrotis, aditu difficilis. *Erasmus lib. 6. Apophth.*

INHUMANITAS SECUNDUM EFFICIENTEM CONSIDERATA, PUTA

QUI INHUMANI, MOROSI, Acerbi, Asperi, Difficiles,

THEOLOGI.

D. HIERONYMUS in conversatione morosus & gravis fuit, ut cum in solitudinem inter Syros & Agarenos cum Heliodoro comite se se abdidisset, Heliodorus ejus morositatem perferre nequiverit, sed ad suos redierit. Testatur hoc ipsemet, in epistola ad Julianum Diaconum.

PHILOSOPHI.
D. Apud Athenas, l. 4. quidam Cynico inhumanitatem exprobrans ait: *ἵν' ἀσπερ ὄφις, κινικὸς, ὁ μὴ δέποτε ταῖς χερσὶν, εὐδ' ἔδ' ταῖς ποσσὶν θύρας:* id est, Non quemadmodum tu, Cynice, qui nunquam gratis ac ne Musis quidem sacrificas.

ZENO Citicus natura morosus fuit. Ei rei ut morderetur, vino moderatè sumpto, suavis & placidus fiebat, similem se lupinis esse dicens: illos enim, priusquam macerent, acerbos esse: maceratos verò, dulces reddi. *Athen. lib. 2. cap. 14.*

Ad Xenocratem Philosopherum, quem esse apparebat ingenio horridiore, crebrò dicere Plato solebat: Age Xenocrates, Gratis sacrificas, *Plut. in Mario.*

TIMOS Philaius, ex Pyrrhonis secta, floruit tempore Ptolemæi Philadelphî. Scripsit tragedias & comedias ad versuum xx. millia. Omnibus infensus, præterquam Pyrrhoni, Democrito, & Xenophani. *Girardus in Hist. Poet.*

MEDICI.

JACOBUS COTERIVS medicus ita demeratur Ludovicum XI. Gallorum regem, qui nemini hominum alioqui fidebat,

avariissimi medici nūtus iustaque omnia observare cogere-tur. Quinquaginta quatuor coronatorum aureorum millia, quinque mensium spacio, dum castra sequitur, a rege meticulo-sissimo extorsit. Regi non de insolentia salarij, sed verborum, quibus erga regem tanquam erga mediastinum dominus utebatur, apud intimos conquerenti: Quere ergo tibi alium medicum, inquit: Cæterum certo scito, me dimisso, te ne per octiduum quidem superviderum. Hicce minis regem edo compulsi, ut quem tota Gallia & vicinæ gentes metuebant, is medicum fordissimum, tanquam vitæ suæ arbitrum, omni officiorum genere & adulatione coleret. *Philippus Comineus.*

MUSICI.

Tigellii morositatem *Horatii lib. 1. Sermonum, Satyra* tertia his verbis explicat:

Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos
Vt nunquam inducant animam cantare rogati,
Invisi nunquam desistant. Sardus habebat.
Ille Tigellius hoc, Cæsar, qui cogere possit;
Si peteret per amicitiam patris, atque nam, non
Quicquam proficeret. Si collibisset, ab ovo
Vtque ad mala citaret, Jò Bacche, modo summa
Vox, modo hæc resonans, que choridis quatuor ima.
Nil equale homini fuit illi, sepe velut qui
Curreat fugiens hostem, sepe velut qui
Junonis sacra ferret: habebat sepe ducentos,
Sæpi decem seruos, modo reges atque retrarchas,
Omnia magna loquens: modo, sit mihi mensa vripes, &
Concha salis puri, & roga que defendere frigus,
Quamvis crassa queat. Decies cenena dedisses
Huic parco, paucis contento: quinque diebus
Nil erat in loculis, Nolles vigilabat ad ipsum
Mane: diem totum stertebat. Nil fuit inquam
Sic impar sibi.

GRAMMATICI.

DOMITIUS, doctus clarusque in urbe Roma grammaticus, ideò infami cognomine salutatus est ab omnibus, quòd inhumani, intractabilis, & in omnibus morosior esset. *Gellius G lib. 18. cap. 7. Noct. Atticæ.*

RHETORES.

DEMOSTHENES extra omnem ostentationem & jocum in gravitatem coactus & serium, non lucernam, ac villarum Pytheas est, olet, sed aquæ potationem, sed solitudinem, sed acerbitatem, quæ obicitur, morum, & tristitiam. Eius ori perpetua inerat sedulitas, nec temerè vultuosum illud & tetricum deponere. Quare asperum eum & morosum vocatur adversarii. Quin etiam Argas dicitur esse, vel ex morum feritate & acerbitate (anguem etiam appellant quidam poeta Argam) vel ex oratione offendente aures: quòd hoc nomine poeta fuerit malorum & molestorum morum. *Plut. in Demosthene.* Alcibines dicit, eum moribus fuisse adeò asperis & inconstantibus, ut cum Adria facilius sit habere commercium quam cum illo: non quòd illud mare sit cæteris sævius, imò vix aliud mitius, sed ita visum est Italis, qui si navigassent mare Britannicum, aut Danicum, laterentur, Adriam indignam esse maris vocabulo. *Erasmus in Adagis.*

Hyperidem rhetorem memorant, aliquando in concione dixisse: Nolite Athenienses advertere solum, an amarus, sed angratis sim amarus. Quasi illos tantum, qui avaritia importuni & odiosi sunt: non autem hos potius, qui ad importuntiam & invidiam, vel iram, vel contentionem, abutuntur potentia, populus timeat & execretur. *Plutarchus in Phocione, & de dignoscendis adulat.*

POETÆ.

EURIPIDES tragicus, moribus fuisse narratur in iucundus, & tristis, subinde figens terram obliquo capite: cuiusmodi homines *οὐκ ἔσπρητος* Græci vocant. Hinc credit *μυρογῖνος* esse nuncupatus, veluti qui ritu foret exotis. Certeitur quoque in mulieres odio fuisse præcipiti, & inde dicitur *Milogynes*: sive quia natura esset talis, abhorretque à mulierum coetu: sive quòd duas haberet uxores simul, quum id decreto ab Atheniensibus factò jus esset. Quorum matrimonij quum perturbasset, muliebri levi bellum indixit. Cujus rei in Theſmophorij quoque testis Aristophanes est. *Calvus lib. 34. Antiq. elect. cap. 10.*

A PHILOCLES Polyphidii F. Aethyli ex fratre vel sorore nepos Euripidis tempore, tragicus: moribus adeo asper, ut vulgo 7000 appellaretur. Eundem & Aethyium vocabant, Aethyium enim 7000 id est, amariterra vocant, teste Suida. Duos habuit filios, Morsimum & Philippidem.

MORSIMUS patri stylo & moribus aequalis, asper & insulsus, & ocellarius insuper medicus. Taxat eum Aristophanes variis epithetis, ut helleonem & faedum hominem.

POLITICI.

NERONIS Imperatoris avus Domitius Enobarbus, homo durus, seditiosusque & arrogans fuit, in cuius mores ita iussit traditur L. Crassus orator: Quid mirum, si aneam barbaram Domitius habet, cum & os ferreum, & plumbeum cor habeat? Petrarcha ex Suetonio.

MULIERES.

Cura puellarum Spartanarum a Lycurgo instituta, soluta proflus & fluxa, in jocos incurrit poetarum; quomodo enim vocant eas, velut Ilycus, quod incestu coxas reteregeant: & adspicant, quasi virotas, & in viros insano ardentes amote, ut Euripides, qui ait:

B Que cum choro juvenum suas vastant domos, Coxis aperitis & peplis fluentibus, Sanè virginum tunica imò non habebant pinnas confutas, sed explicabantur, & totum incestu aperiebant femur. Id quod clarissimè hìce versibus ostendit Sophocles:

Stala caret, tunicam induens Hermione Dialabidam, reterege femur juvenula. Unde procaciora dicuntur fuisse, & primum adversus ipsos viros viros. Quippè domi omne impetium habebant: publice verò de rebus maximis & dicebant, & iustitiam ferebant. Plur. in Numa & Lycurgi comparatione.

Non in Aethyio autem: Id est, falsitas non inest illi, in infacetos & fatuos ac stupidos. Sal enim primum, maximeque commune condimentum videtur, Plinius lib. 31. indicat, metaphoram esse sumptam ab usu falsi, quod in omnibus cibis sit condimentum vice. Hinc Catulli carmen, quod Fabius citat, de Quinta:

Quinta formosa est multis: mihi candida, longa, Recta est: hæc & ego singula confiteor. Totum illud formosa, nego: nam nulla venustas, Nulla in tam magno corpore mica salis.

PRINCIPES, MAGISTRATUS

Sacri.

ATTALA Burgundus natione, Columbano Abbati in Luxonienso monasterio successit. Verum quia plus satis rigidus erat, monachi ab eo discesserunt. Sed paulo post Roccoleno febre punito, plerique ad eum reversi, penitentiam egerunt. Beda Tomo tertio.

Militaverat sub Eugenio IV. Papa Nicolaus Fortebrachius. Is cum stipendia sua peteret, respondit Eugeni: Tantum prædæ ex castellis avexisse, maxime verò ex direpto Vetralla vico, ut ei pro stipendio fat esse possit. Indignatus Nicolaus, ad Philippum Vicecomitem defecit, & agrum Romanum ingreßus, tantum tumultus concitavit, ingenti prædæ tum hominum, tum pecorum abacta, ut Eugenio aliquandiu incerta manserit, quorum iret. Concurrerant Romani cives ad Eugeni, quæstum de illatis injuriis: quos Pontifex, eo potissimum tempore consilii expertus, Verum quia plus satis rigidus erat, cum crebra de ablatis pecoribus querela fieret: Eos nimiam spern in pecoribus collocasse: Venetos quidem sine gregibus, & jumentis longè urbaniorum vitam ducere. Indignati hujuscemodi responsis Romani, sublato clamore, ad arma & libertatem conclararunt, pulsionibus Eugeni magistratibus: ac capto Francisco Camerario, novos ipsi magistratus crearunt. Platina.

HADRIANUS VI. ex Hispania Romam ad incedum Pontificatum festinans, in Porto Liburno Pisanorum à Cardinalibus splendide & officiosè exceptus, tranquillo potius quam lato vultu, & sermone dulci brevitate perijucando respondebat: ita ut quum nulla in gestu aut verbis familiaritate uteretur, nihil temere, quod esset elatum, & insolens, aut subagresse, & penitus emineret. Id ergo Cardinales & reliquos blandimentis Romanae aulae assuetos vehementer permovit, quod Pontifex partum humanitatis, & ferè contemptum secum agere videretur. Nam quum solus cenasset, & naturæ utendum nocturna aura suaderet, adeo cupidè & festinan-

ter ad mare se proripuit, ut Cardinales in proximo simul conerantes nec moneret, nec expectaret. Itaque omnibus rapim ad tiremes contententibus, de secunda vigilia oram solvit, & ad Centum cellas est provectus. Ab Ostia, pari festinatione est profectus, adeo ut Cardinales, qui jumentis ab urbe exspectabant, vel paucorum quidem horarum moram impetrate nequiverint. Per hunc modum tumultuato deformique agmine, quum Cardinales ignobilibus jumentis venerent, & nonnulli minores antistes, & totius aulae incondita multitudo omnia farcimulis in fervido sole iter faceret, Romam pervenit. Iovius in Hadriano.

Profani.

PHILIPPUS Macedo. Vide Tit. sequentem §. supplices. PAUSANIAS Lacedæmoniorum dux, sua austeritate & iniquitate Græcis occasionem dedit, ut ad Athenensium duces Aristidem justum & Cimonem humanum deficerent. Siquidem sociorum duces nunquam non cum stomacho & asperè appellabat, militeque multabat plagis, aut injecta anchora ferrea totum diem cogebat perstrare: thori parandi vel pabulandi copiam, aquandive, nisi post Spartatas, nemini faciebat: sed flagellis, si qui accederent, abigebant accensis: Ea de re cum illum aliquando increpare & admonere Aristides cuperet, adducta fronte negavit vocare Pausanias, nec eum audivit. Plur. in Aristide.

DION Syraculanus Dionysio tyranno voluptatum mancipio fuit inivitis, quia ad nullam relaxabat se hilaritatem vel indam. Quocirca adversarii contententem vitiorum vocabula tribuentes virtutibus, calumniantur eum, gravitatem arrogantiam & libertatem loquendi appellantes pervicaciam: admonensque accusare, & quia non una vitium indulgebat, videbatur fastidire. Et quidem habebat sua sponte fastum aliquem ejus mores, austeritatemque aditu difficilem & penè infociabilem, Non solum autem juveni & patentes aures habenti adulationibus ingrata consuetudo ejus & alpera erat: verum multum etiam, qui utebantur eo familiariter, candoremque animi ejus & generositatem amplectebantur, congressus causa insectabantur eum: quòd morosius & difficultius quam pro civili usu ageret cum aduventis. De quibus post Plato quasi vaticinans ad eum scripsit, pervicaciam tanquam solitudinis contubernalem se declinare. Quin etiam exulem Dionem Athenis ad Philo-

sophiam fluxit, detinuitque in Academia. Habitavit hic in urbe apud Callipum notum sibi. Obliviscens causa prædium comparavit, quod post donavit in Siciliam navigans Pseupipus, quæ præter ceteros amicos Athenienses utebatur consuetudine & contubernio: quod vellet Plato colloquio festivo, & scitis facetiis tempestive condito, mores Dionis tractos distendere. Id præstare poterat Spenippus, quapropter factum appellavit eum in salibus Timon. Plur. in Dione.

ROMULUS, victis hostibus finitimis, animo insolens, reliquit comitatem illam popularem, quam odio communitavit dominatu, atque ex habitu, quo ornavit se, pupugit cives: siquidem tunica vestiebatur purpurea, ac toga prætexta. Responsa dabat ex folio reclivi. Stipabat eum perpetuo globus juvenum, qui è ministerii velocitate dicti Celeres fuerunt. Præcedebant alii, qui baculis turbam fummovebant loris succincti, & virgæ, quas gestabant, fauces. Non adhibebantur ad Remp. getendam senatores, sed non modo & spectem H ostinebant honorificam: ac de more potius, quam sententia dicendæ causæ cogebantur in senatum: ubi juberet, auscultabant neque ulla re alia prelati vulgo, quam quòd priores acta audientes, dicebant: ac cætera quidem minus angebant eos. Captum de hostibus agrum militibus divisit solus: Venientibusque obides reddidit, patribus non probantibus neque anchoribus: eaque insigni contumelia vius est iugillare senatum. Quamobrem cum non multo post raprus ille ex oculis de improviso esset, non caruit senatus suspicione, & calumnia. Plutarchus in Romulo.

LUCULLUS, qui primus è civibus Romanis Taurum montem transit belli gerendi causâ, duoque potentissimos reges Mithridatem, & Tigranem bello vicit: Tigranem certam & Nisibin, munitissimas civitates, expugnavit: insidis ad omnia militibus est usus, & ab illis ad extremum defertus. Cui rei non minimam ipse præbuit causam, quòd non conciliaret animos sibi vulgi militaris, & quicquid subiectis imperio fusi blandimenti adhibebatur, semen esse decæcoris duceret, & ruinam auctoritatis sui. Quod verò maximum est, ne principibus quidem & dignitate paribus poterat se præbere comem: sed

Acies despicebat, & nihili præ se faciebat. His vitis Lucullus inter multas virtutes fuisse dicitur asperus, quando procedens, & pulcher, & eloquens, & prudens juxta domi & militariæ perhibetur extitisse. Plur. in Lucullo. Pompeius cum eisdem militibus postea recepisset, eos ne minimum quidem seditiosos habuit: tantum homo homini præstat. Dion. Niceus.

TIBERIVS Cæsar tristissimus hominum à Plin. lib. 28. cap. 2. appellatur: hoc uno excepto, quòd in vehiculo ad sternutamentum salutari exegerit. De eodem pleræque in superioribus. Drusus Tiberii F. adeo natura immitis & sanguinarius fuit, ut enses præcuti ab eo Drusiani ceperint dici. Dion. lib. 57.

Scianus canes sanguine humano pascebat, ut adversus hostes in bello ferociores essent.

C. Cæsar Caligula Imp. queri solebat, quòd sua tempora nullis calamitatibus publicis insignirentur. Augusti principatum clade Variana, Tiberii ruina spectaculorum apud Fidenas memorabilem factum: sui oblivionem imminere prosperitate rerum. Atque identidem exercituum cædes, famem, pestilentiam, in cædia, hiatum aliquem terræ optabat. Suetonius. Etiam tum truculentissimus, & humanissimus erga omnes fuit: eo tamen die, quo à Chærea occisus est, omnium cum admiratione præter solitum affabilis extitit, cum Circenses spectaret. Iosephus lib. 29. cap. 2. Antiq.

COMMODOUS Cæsar, ut terribilior omnibus videretur, statum sibi non iussit pro curia, quæ arcum intenderet. Cæterum eo extincto, statua sublata est patrum decreto, Libertatis signo eadem base imposita. Ademit & colosso Solis caput, suumque iussit imponi. Sab. lib. 5. En. 7.

Nefaria & planè humano generi inimica vox est ea quam Suetonius Neroni, Suidas & Dion Tiberio tribuunt:

Εὐὴ δαυοὶ τὸν ὄνομα μὲν ἀπὸ τοῦ νεοῦ, ἔστι δὲ νεῦν ἐξ ὅου. NERO contextus dicitur: Imò, iniquens, Eva Goro.

PROCOPIUS Imperatorem, adnotatum Annalibus est, humum inuendo semper incessisse, perque morum tristitiam latebras, ac similem habitum Crassi illius, quem in vita semel risisse affirmat Lucillus. Celsus lib. 3. cap. 28. A. L.

THEODORUS Episcopus Ravennas, tereticus & austerus nimium, ob disciplinam severitatem in Archiepiscopio die nativitate Christi à suis deferebatur, nec propterea ad Ecclesiam deinceps. Hanc ille ultimus injuriam, re deliberata cum Eucharcho Olympio, ad Agathonem Rom. Pont. se contulit, & in irvidiam sui cleri Ravennatem Ecclesiam Romanæ sedis subdidit. Blondus lib. 9. Dec. 1.

ALPHONSO Aragonum, & Siciliæ rege, Neapolim obsidente, Renatus rex Neapolitanus, inhumanum responso vetule fame cum suis laboranti dato, eam ad proditionem impulit. Jac. Bracellus lib. 5. Belli Hisp.

LUPOVIVUS XI. Francorum rex pressam nobilitatem primis servitæ coegit, populo se formidabilem præbuit, viam posteros regibus munians ad opes nimias, & potentiam. Auator Cbron. Francorum.

SUBDITI ASPERIE INHUMANI.

PARENTES.

Galli liberos ad conspectum suum non prius venire patiebantur, quam per etatem adoleverint, ut militaria jam obire possent munia; turpissimum arbitantes, filium adhuc puerum D patri assistere. Sab. lib. 1. En. 4.

CONIUGES.

VASTI regina fecerat convivium seminarum in palatio, ubi rex Assuetus manere consueverat. Die septimo, cum Rex esset hilarior, & incalescit mero, præcepit septem eunuchis, qui in conspectu ejus ministrabant, ut introducerent reginam, polo super caput ejus diademate, & ostenderent cunctis populis, & principibus pulchritudinem illius. Illa verò tenuit, & ad regis imperium, quod per eunuchos mandaverat, venire contempsit. Ergo Mamucham, audiente Rege atque principibus, inquit: Non solum regem læsit regina Vasthi, sed & omnes populos, & principes, qui sunt in cunctis provinciis Regis Assueti; adeoque auctor fuit Regi, ut nequaquam ultra Vasthi ingrediret ad Regem, sed regnum illius altera, quæ melior esset illa, acciperet. Hoc edictum per omnes provincias divulgatum fuit, ut cunctæ uxores, reginæ malo discerent, maritis suis honorem deserere. Esth. 1. §. 9.

GELLIVS scribit, Xanthippen Socratis uxorem morosam fuisse. L. B. Theat. vita Human. Tom. IV.

se admodum, & jurgiosam: quod etiam de altera ejus uxore, E. Myro Aristidis filia, prædicatur. Ambæ enim in mulieribus contentiones propter ipsum Socratem deveniebant. Ravil.

Celebratur illud Pauli Amylii apophthegma, notum calcicum ostendentis: Vos, inquit, videtis bellum ac novum esse calcicum, verum quia parte pedem torquæte meum, id ego decemum sentio: significans, Papyriam uxorem non esse lucum commodatam moribus. Erasmus in Adagis.

MARIAMME, Herodis regis Judæorum uxore formosissimâ & pudicissimâ, sed morosa & superba, & quòd regio sanguine nata esset, nulla habita ratione regie potentie, sæpè maritum contumeliosius tractabat, aperte etiam illi, forori ejus Salomæ & mari exprobrans humilitatem generis. Jam cum reverso Roma marito sub meridiem ab eo vocata, unâ cum illo cubare recusalset, eò indignationis Rex prorupit, ut incerts adulterii suspitionibus à Salome forore iniectis, innocentem interficeret. Iosephus lib. 15. c. 11. Antiq.

DOMINI.

Perfæ erga servos inhumani, nullos unquam manumittere conserere. Alex. lib. 3. cap. 20.

ANCEUS in servos asper fuisse dicitur, dum plantaret ejus vineam. Quare unum ex servis ei prædixisse, dominum olim vinearum non gustaturum esse fructum. Atque respondit eventus vaticinio. Anceus enim, ubi fructus ad maturitatem pervenit, servum iussit sibi vinum miscere: & poculum ori admortu, salsum fuisse ejus vaticinium dixit. Cui servus respondit;

Πῶδὰ ὑστὰδὸν τίθει ὕδωρ, ἔχεις δὲ ἄνερ. Multa cadant inter calicem supraque labra.

Anceus poculum tenente, accurrit quidam nuncijs, ab ap vineam devastari. Anceus deposito poculo atreptaque ecuri in aprum irruit, & vulneratus cruce, (ut sensit Pherecydes,) interit. Pausanias in Arcad.

Helote publici quodammodo Lacedæmoniorum servi, quibus habitacula quædam præscriperant, & ministeria certa. Auctores sunt, Helotas agrum solitos colere, antiquitque institutos retulisse reditus, ac execrabile habitum, si quis plus mercedis à quoquam exegisset. Invulgatum & illud à scriptoribus scio: Spartæ liberum, maxime liberum esse; servum etiam servum in primis, id est, τὸν ἐκδεδωκεν ὑπόδικον ἐκδεδωκεν τῷ, & τὸν ἔδωκεν ὑπόδικον. Quod in Pannonia sive Hungaria observari in primis accipio, vulgato inter eos adagio, non rectè dici servitutem, nisi in Pannonia: adeo ut adstruat id quoque posse ubique gentium peraccommodè fervire, qui alicui eorum hominum fuerit illis in locis famularus. Servituti Helote meminit sexto legum Plato: quam dicit dubitationem facere maximam, contentionemque, quum aliis bene, alii contrà videatur instituta. Omnino execrabiles Spartanis serviti fuerunt: manifestum id Cryptia facit, quam Lycurgo contribuit Aristoteles, negat Plutarchus. Et verò à latitando inditum nomen. Siquidem qui junioribus præfecti erant, ex iis, qui præstare prudentia viderentur, in regionem aliam aliò emitebant, gladios modò secum, & necessaria alimenta exportantes. Illi verò quam poterant occultè seles interdiu abdebant: noctu verò prodentes, quotquot ex servis adepti forent, contrucidabant: Ut ea ratione discerent hosti quoque infidas moliri. Quod Peloponnesiaca historia Thecydides significat. Celsus lib. 5. cap. 19. Antiq. Lett. Myron Prienus ver. Messen. lib. 1. sic scribit: Opus omne contumeliosum Helotibus imperant, atque ad quodvis dedecus adducens. Necesse est primum illis, ut pleum ex canina pelle singuli gestent: atque ut rhemonibus induantur, ac verbera quotannis determinata, vel sine injuria patiantur, ne unquam obliviscantur se esse servos. Huc accedit, quòd si qui supra domesticum splendorem vigerent, his capitis poena erat constituta: que in dominos poena vertebatur, ni viros jam factos interficerent: illis regionem tradentes, portionem constituerent, quam semper afferrent ad eos. Athen. lib. 14. c. 29.

Helotas bello subactos, cum rebellasset, Agis Spartanorum rex perpetua servitute damnavit, ut dominos illos manumittere, aut extra Spartanos fines venditare non liceret. Alex. lib. 3. cap. 20.

Apud Romanos sub Imp. tanta erat dominorum multissimorum & potentissimorum erga miseris servos tyrannica crudelitas, ut ne labra quidem ipsis circumstantibus movere permitterent. Virga, inquit, Macrobius, murmur omne compescitur, & ne fortuita quidem sine verberibus excepita sunt: nullis. Mm ster-